

# **TOMAS DE AQUINO**

**Tratados de la Caridad**

**Del odio 2-2**

**(q.34 a.1, 2, 3, 4, 5 y 6)**

T65526  
1754-60  
Uy c 2

TOMO VII

# TRATADOS DE LA FE Y DE LA ESPERANZA

INTRODUCCIONES DEL PADRE

TEOFILO URDANOZ, O. P.

PROFESOR DE TEOLOGÍA EN LA FACULTAD DE PP. DOMINICOS DE SALAMANCA

## TRATADO DE LA CARIDAD

INTRODUCCIONES DEL PADRE

MARCELIANO LLAMERA, O. P.

PROFESOR DE TEOLOGÍA EN EL ESTUDIO GENERAL DE PREDICADORES  
DE VALENCIA

VERSIÓN DE LOS TRES TRATADOS BAJO LA DIRECCIÓN DEL PADRE  
TEÓFILO URDÁNOZ, O. P.

Del edic. 2-2

(g. 34 2. 1, 2, 3, 4, 5 y 6)

20. 11. 18

BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS  
MADRID • MCMLIX

## CUESTION 34

(In sex articulos divisa)

### De odio

#### Del odio

A continuación se han de considerar los vicios opuestos a la caridad. Primeramente, el odio, que se opone al mismo amor. En segundo lugar, la avaricia y la envidia, que se oponen al gozo de la caridad. En tercero, la discordia y el cisma, opuestas a la paz. Por último, la ofensa y el escándalo que contrarían a la beneficencia y a la corrección fraterna. Sobre lo primero se ponen seis artículos:

- Primero: si se puede odiar a Dios.
- Segundo: si el odio a Dios es el más grave de los pecados.
- Tercero: si es siempre pecado odiar al prójimo.
- Cuarto: si es el mayor de los pecados contra el prójimo.
- Quinto: si es vicio capital.
- Sexto: de qué vicio capital aborta.

Deinde considerandum est de vitiiis oppositis caritati (cf. q.23 introd.). Et primo, de odio, quod opponitur ipsi dilectioni; secundo, de avidia et invidia, quae opponuntur gaudio caritatis (q.35); tertio, de discordia et schismate, quae opponuntur paci (q.37); quarto, de offensione et scandalo, quae opponuntur beneficentiae et correctioni fraternae (q.43).

Circa primum quaeruntur sex: Primo: utrum Deus possit odio haberi.

Secundo: utrum odium Dei sit maximum peccatum.

Tertio: utrum odium proximi semper sit peccatum.

Quarto: utrum sit maximum inter peccata quae sunt in proximum.

Quinto: utrum sit vitium capitale.

Sexto: ex quo capitali vitio oriatur.

## ARTICULO 1

### Utrum aliquis possit Deum odio habere<sup>a</sup>

Si alguien puede odiar a Dios

dificultades. Parece que nadie puede odiar a Dios.

Dice Dionisio que "el bien y la hermosura son amables a todos". Dios es El la bondad y la belleza mismas. Luego nadie puede odiarlo.

En los Apócrifos de Esdras se dice que "todos invocan la verdad y

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Deum nullus odio habere possit.

1. Dicit enim Dionysius, 4 cap. «De div. nom.»<sup>1</sup>, quod «omnibus amabile et diligibile est ipsum bonum et pulchrum». Sed Deus est ipsa bonitas et pulchritudo. Ergo a nullo odio habetur.

2. Praeterea, in apocryphis Esdrae<sup>2</sup> dicitur quod «omnia inve-

cant veritatem, et benignantur in operibus eius». Sed Deus est ipsa veritas, ut dicitur Io. 14,6. Ergo omnes diligunt Deum, et nullus eum odio habere potest.

3. Praeterea, odium est aversio quaedam. Sed sicut Dionysius dicit, in cap. «De div nom.»<sup>3</sup>, Deus «omnia ad seipsum convertit». Ergo nullus eum odio habere potest.

Sed contra est, quod dicitur in Ps. 73,23: «Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper», et Io. 15,24: «Nunc autem et viderunt et oderunt me et Patrem meum».

Respondeo dicendum quod, sicut ex supradictis patet (1-2 q.29 a.1), odium est quidam motus appetitivae potentiae, quae non movetur nisi ab aliquo apprehenso. Deus autem dupliciter ab homine apprehendi potest: uno modo, secundum seipsum, puta cum per essentiam videtur; alio modo, per effectus suos, cum scilicet «invisibilia Dei per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur» (Rom. 1,20). Deus autem per essentiam suam est ipsa bonitas, quam nullus habere odio potest: quia de ratione boni est ut ametur. Et ideo impossibile est quod aliquis videns Deum per essentiam eum odio habeat.

Sed effectus eius aliqui sunt qui nullo modo possunt esse contrarii voluntati humanae: quia esse, vivere et intelligere est appetibile et amabile omnibus, quae sunt quidam effectus Dei. Unde etiam secundum quod Deus apprehenditur ut auctor horum effectuum, non potest odio haberi.

Sunt autem quidam effectus Dei qui repugnant inordinatae voluntati: sicut inflictio poenae; et etiam prohibitio peccatorum per legem divinam, quae repugnat voluntati depravatae per peccatum. Et quantum ad considerationem talium effectuum, ab aliquibus Deus odio haberi potest: in quantum scilicet apprehenditur peccatorum prohibitor et poenarum inflictor.

se hacen benignos con sus obras". Dios es la verdad misma, como se lee en San Juan. Por tanto, todos aman a Dios y nadie lo puede odiar.

3. El odio es aversión. Dice Dionisio: "Dios atrae todo a sí mismo". Ninguno, pues, lo puede odiar.

Por otra parte, dice el salmo: "Creció siempre la soberbia de aquellos que te odiaron"; y San Juan: "Ahora han visto y me han odiado a mí y a mi Padre".

Respuesta. Por lo dicho está claro que el odio es cierto impulso de la potencia apetitiva, la cual no se mueve más que por la aprehensión de algo. De dos maneras puede ser Dios aprehendido por el hombre: En sí mismo, como cuando lo ve por esencia; y por sus efectos: "Lo invisible de Dios se aprecia entendiendo lo creado". Dios es la bondad misma por su esencia, a la que nadie puede odiar, porque el bien de suyo debe ser amado. Por eso es imposible que quien ve por esencia a Dios le odie.

Con respecto a sus efectos, hay algunos que de ninguna manera pueden ser contrarios a la voluntad humana: que ser, vivir y entender son cosas apetecibles y amables a todos, las cuales son unos efectos de Dios. Por donde también, en cuanto que Dios es aprehendido como autor de estos efectos, no se le puede odiar.

Hay otros efectos de Dios que contrarían a la voluntad desordenada, cuales son la inflicción de la pena y la cohibición de los pecados por la ley divina, cosas repugnantes a la voluntad depravada por el pecado. En cuanto a la consideración de tales efectos, Dios puede ser odiado por algunos, por ser aprehendido como prohibidor de pecados e inflictor de penas.

<sup>1</sup> q.60 a.5 ad 5; Sent. 2 expos.text.; 4 d.50 q.2 a.1 q.5; De verit. q.22 ad 3; In Mt. 13; In Io. 5 lect.7; 15 lect.5; In Rom. 8 lect.2.

<sup>2</sup> § 10: MG 3,708; S.Th., lect.9.

<sup>3</sup> Esdr. 4,36 39.

<sup>3</sup> § 4: MG 3,697; S.Th., lect.3.

soluciones. 1. Ésa razón concluye en cuanto a aquellos que ven la esencia de Dios, que es la bondad misma.

Ésa objeción está tomada en cuanto que Dios es aprehendido como causa de los efectos naturalmente deseados por todos, entre los que están las obras de la verdad, ofreciendo su conocimiento a todos los hombres.

Dios atrae todo a sí mismo, en cuanto principio del ser, porque todo, en cuanto existe, tiende a asemejarse a Dios, que es el ser mismo.

## ARTICULO 2

### *Utrum odium Dei sit maximum peccatorum*<sup>a</sup>

Si el odio a Dios es el mayor de los pecados

1. **Dificultades.** Parece que el odio a Dios no es el mayor de los pecados.

1. Gravísimo pecado es el pecado contra el Espíritu Santo, que es irremissible, como se lee en San Mateo. El odio a Dios no se numera entre las especies del pecado contra el Espíritu Santo, como se desprende de lo dicho. Luego no es el más grave de todos los pecados.

2. El pecado consiste en el apartamiento de Dios. Más apartado parece de Dios el infiel, que ni aún tiene conocimiento de Dios, que el fiel, que, aunque le odie, por lo menos lo conoce. Por tanto, es más grave el pecado de infidelidad que el del odio a Dios.

3. Se odia a Dios sólo por razón de sus efectos que contrarían la voluntad, entre los cuales el principal es la pena. Odiar la pena no es máximo pecado. Tampoco, pues, el odio a Dios.

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit quantum ad illos qui vident Dei essentiam, quae est ipsa essentia bonitatis.

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit quantum ad hoc quod apprehenditur Deus ut causa illorum effectuum qui naturaliter ab hominibus amantur, inter quos sunt opera veritatis praebentis suam cognitionem hominibus.

Ad tertium dicendum quod Deus convertit omnia ad seipsum in quantum est essendi principium: quia omnia, in quantum sunt, tendunt in Dei similitudinem, qui est ipsum esse.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod odium Dei non sit maximum peccatorum.

1. Gravissimum enim peccatum est peccatum in Spiritum Sanctum, quod est irremissibile, ut dicitur Mt. 12,31-32. Sed odium Dei non computatur inter species peccati in Spiritum Sanctum; ut ex supradictis patet. (q.14 a.2). Ergo odium Dei non est gravissimum peccatorum.

2. Praeterea, peccatum consistit in elongatione a Deo. Sed magis videtur esse elongatus a Deo infidelis, qui nec Dei cognitionem habet, quam fidelis, qui saltem, quamvis Deum odio habet, eum tamen cognoscit. Ergo videtur, quod gravius sit peccatum infidelitatis quam peccatum odii in Deum.

3. Praeterea, Deus habetur odio solum ratione suorum effectuum qui repugnant voluntati, inter quos praecipuum est poena. Sed odire poenam non est maximum peccatorum. Ergo odium Dei non est maximum peccatorum.

Sed contra est quod «optimo opponitur pessimum»; ut patet per Philosophum, in VIII «Ethi-corum»<sup>4</sup>. Sed odium Dei opponitur dilectioni Dei, in qua consistit optimum hominis. Ergo odium Dei est pessimum peccatum hominis.

Respondeo dicendum quod defectus peccati consistit in aversione a Deo, ut supra dictum est (q.10 a.3). Huiusmodi autem aversione rationem culpae non haberet nisi voluntaria esset. Unde ratio culpae consistit in voluntaria aversione a Deo. Haec autem voluntaria aversio a Deo per se quidem importatur in odio Dei: in aliis autem peccatis quasi participative et secundum aliud. Sicut enim voluntas per se inhaeret ei quod amat, ita secundum se refugit id quod odit: unde quando aliquis odit Deum, voluntas eius secundum se ab eo avertitur. Sed in aliis peccatis, puta cum aliquis fornicatur, non avertitur a Deo secundum se, sed secundum aliud: in quantum scilicet appetit inordinatam delectationem, quae habet annexam aversionem a Deo. Semper autem id quod est per se est potius eo quod est secundum aliud. Unde odium Dei inter alia peccata est gravius.

Ad primum ergo dicendum quod, sicut Gregorius dicit, XXV «Moral.»<sup>5</sup>, «aliud est bona non facere, aliud est bonorum odisse datorem: sicut aliud est ex praecipitatione, aliud ex deliberatione peccare». Ex quo datur intelligi quod odire Deum, omnium bonorum datorem, sit ex deliberatione peccare, quod est peccatum in Spiritum Sanctum. Unde manifestum est quod odium Dei maxime est peccatum in Spiritum Sanctum, secundum quod peccatum in Spiritum Sanctum nominat aliud genus speciale peccati. Ideo tamen non computatur inter species peccati in Spiritum Sanctum, quia generaliter invenitur in omni specie peccati in Spiritum Sanctum.

Por otra parte, es evidente en el Filósofo que «lo pésimo se opone a lo óptimo». El odio a Dios se opone a su amor, en que está lo óptimo del hombre. Por consiguiente, el odio a Dios es el pecado pésimo del hombre.

**Respuesta.** Queda dicho que el defecto del pecado está en la aversión a Dios. Tal aversión no revestiría formalidad de culpa de no ser voluntaria; por donde la razón de culpa consiste en la aversión voluntaria a Dios. La voluntaria aversión de Dios va entrañada de suyo en el odio a Dios y, como por participación e indirectamente en los demás pecados. Así como la voluntad de suyo se adhiere a lo que ama, así de suyo rehuye lo que odia. Por lo cual, cuando uno odia a Dios, su voluntad de suyo se aparta de Él. En los demás pecados, empero, como en la fornicación, no se aparta de Dios de suyo, sino por otra cosa, a saber, por apetecer deleite desordenado que lleva anejo la aversión de Dios. Y siempre lo que es de suyo es más que lo que es por otro. De donde el odio a Dios es el más grave de todos los pecados.

**Soluciones.** 1. Dice San Gregorio que «una cosa es no obrar bien, y otra odiar al dador de los bienes, como cosa diferente es pecar por precipitación o con deliberación». Con lo cual se da a entender que odiar a Dios, dispensador de todo bien, es pecar con deliberación, que es pecado contra el Espíritu Santo. Por donde se echa de ver que el odio a Dios es principalmente pecado contra el Espíritu Santo, como género especial. Con todo, no se computa entre sus especies, porque generalmente se encuentra en toda especie de ese pecado.

<sup>4</sup> C.10 n.2 (Bk 1160b9) : S.Th., lect.10.

<sup>5</sup> C.11 : ML 76,339.

La infidelidad misma no tiene razón de pecado de no ser voluntaria. Por eso es más grave cuanto es más voluntaria. Que sea voluntaria proviene de que uno tiene odio a la verdad que se le propone. Con lo cual es evidente que la formalidad del pecado en la infidelidad procede del odio a Dios, acerca de cuya veracidad versa la fe. Y así como la causa es más poderosa que el efecto, así el odio a Dios es mayor pecado que la infidelidad.

No quienquiera que odia las penas odia a su autor, pues muchos las odian y, en cambio, las sufren reverentemente por reverencia de la divina justicia. Por donde dice San Agustín que los males penales Dios "manda tolerarlos, no desearlos". Pero prorumpir en odio a Dios castigador es odiar la misma justicia de Dios, lo cual es gravísimo pecado; y por eso dice San Gregorio: "Así como no pocas veces es más grave amar el pecado que perpetrarlo, así también más inicuo es odiar la justicia que no obrarla".

## ARTICULO 3

### *Utrum omne odium proximi sit peccatum*<sup>a</sup>

Si todo odio al prójimo es pecado

dificultades. Parece que no todo odio al prójimo es pecado.

Ningún pecado se encuentra en los preceptos o consejos de la divina ley, según la Escritura: "Justas son todas mis palabras; no hay nada en ellas ni pravo ni perverso". En San Lucas se lee: "Si alguno viene a mí y no odia a su padre y a su madre, no puede ser mi discípulo". Luego no todo odio al prójimo es pecado.

No puede ser pecado nada de aquello con que se imita a Dios.

Ad secundum dicendum quod ipsa infidelitas non habet rationem culpae nisi in quantum est voluntaria. Et ideo tanto est gravior quanto est magis voluntaria. Quod autem sit voluntaria provenit ex hoc quod aliquis odium habet veritatem quae proponitur. Unde patet quod ratio peccati in infidelitate sit ex odio Dei, circa cuius veritatem est fides. Et ideo, sicut causa est potior effectu, ita odium Dei est malus peccatum quam infidelitas.

Ad tertium dicendum quod non quicumque odit poenas odit Deum, poenarum auctorem: nam multi odium poenas qui tamen patienter eas ferunt ex reverentia divinae iustitiae. Unde et Augustinus dicit, X «Confess.»<sup>6</sup>, quod mala poenalia Deus «tolerare iubet, non amari». Sed prorumpere in odium Dei punientis, hoc est habere odium ipsam Dei iustitiam: quod est gravissimum peccatum. Unde Gregorius dicit, XXV «Moral.» (i.e. nt.5): «Sicut nonnunquam gravius est peccatum diligere quam perpetrare, ita nequius est odisse iustitiam quam non fecisse».

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod non omne odium proximi sit peccatum.

1. Nullum enim peccatum invenitur in praeceptis vel consiliis legis divinae: secundum illud Prov. 8,8: «Recti sunt omnes sermones mei: non est in eis pravam quid nec perversum». Sed Lc. 14,26 dicitur: «Si quis venit ad me et non odit patrem et matrem, non potest meus esse discipulus». Ergo non omne odium proximi est peccatum.

2. Praeterea, nihil potest esse peccatum secundum quod Deum

imitamur. Sed imitando Deum quosdam odio habemus: dicitur enim Rom. 1,30: «Detractores, Deo odibiles». Ergo possumus aliquos odio habere absque peccato.

3. Praeterea, nihil naturalium est peccatum: quia peccatum est recessus ab eo quod est secundum naturam, ut Damascenus dicit, in II libro<sup>7</sup>. Sed naturale est unicuique rei quod odiat id quod est sibi contrarium et quod nitatur ad eius corruptionem. Ergo videtur non esse peccatum quod aliquis habeat odio inimicum suum.

Sed contra est quod dicitur I Io. 2,9: «Qui fratrem suum odit in tenebris est». Sed tenebrae spirituales sunt peccata. Ergo odium proximi non potest esse sine peccato.

Respondeo dicendum quod odium amoris opponitur, ut supra dictum est. Unde tantum habet odium de ratione mali quantum amor habet de ratione boni. Amor autem debetur proximo secundum id quod a Deo habet, id est secundum naturam et gratiam: non autem debetur ei amor secundum id quod habet a seipso et diabolo, scilicet secundum peccatum et iustitiae defectum. Et ideo licet habere odio in fratre peccatum et omne illud quod pertinet ad defectum divinae iustitiae: sed ipsam naturam et gratiam fratris non potest aliquis habere odio sine peccato. Hoc autem ipsum quod in fratre odimus culpam et defectum boni, pertinet ad fratris amorem: eiusdem enim rationis est quod velimus bonum alicuius et quod odimus malum ipsius. Unde, simpliciter accipiendo odium fratris, semper est cum peccato.

Ad primum ergo dicendum quod parentes, quantum ad naturam et affinitatem qua nobis coniunguntur, sunt a nobis secundum praeceptum Dei honorandi, ut patet Ex. 20,12. Odiendi autem sunt

Odiamos a algunos imitando a Dios, pues dice el Apóstol: "Calumniadores, aborrecidos de Dios". Por tanto, podemos odiar a alguien sin pecado.

3. Nada natural es pecado, porque, según dice el Damasceno, el pecado es "el apartamiento de lo que es conforme a la naturaleza". Es natural a una cosa que odie lo que le es contrario y que trabaje por su destrucción. Por consiguiente, parece que no sea pecado que uno odie a su enemigo.

Por otra parte, se lee en San Juan: "Quien odia a su hermano anda en tinieblas". Las tinieblas espirituales son los pecados. En consecuencia, no se puede odiar al prójimo sin pecado.

Respuesta. El odio se opone al amor, como queda dicho. Por lo cual, el odio tanta razón tiene de mal cuanto el amor de bien. Se debe amor al prójimo por lo que posee de Dios, o sea por la naturaleza y por la gracia; mas no se le debe amor por lo que tiene de sí mismo o del diablo, a saber, por el pecado y la falta de justicia. De aquí que sea lícito odiar el pecado en el hermano con todo lo que implica carencia de justicia divina, pero no se puede odiar sin pecado la naturaleza misma ni la gracia del hermano. El hecho mismo de odiar en el hermano la culpa y la deficiencia de bien pertenece al amor del hermano, pues por motivo idéntico deseamos el bien a una persona y odiamos lo malo de ella. Por donde, tomando el odio del hermano en absoluto, va siempre con pecado.

Soluciones. 1. Por mandamiento de Dios hemos de honrar a los padres en cuanto están unidos a nosotros por naturaleza y afinidad, pero han de ser odiados si nos son obs-

<sup>7</sup> De fide orth. c.4.30: MG 94,876.976: L.4 c.30: MG 94,1196.  
<sup>8</sup> 1-2 q.29 a.1 Sed contra; a.2 arg.1 et ad 2.

supra q.25 a.6; In Psal. ps.24.

18: ML 32,795.

tiendo en allegarnos a la perfección de la divina justicia.

1. Dios odia la culpa en los calumniadores, no la naturaleza. Así podemos odiar a los calumniadores sin culpa.

2. Los hombres no nos son contrarios por los bienes que tienen de Dios, por lo cual han de ser amados. Nos son contrarios por movernos enemistades, que atañen a su culpa, y de esta manera han de ser odiados, pues debemos odiar en ellos aquello por lo que son enemigos nuestros.

## ARTICULO 4

### *Utrum odium proximi sit gravissimum peccatorum quae in proximum committuntur*<sup>a</sup>

Si el odio al prójimo es el más grave de los pecados que contra él se cometen

**Dificultades.** Parece que el odio al prójimo es el más grave de los pecados que contra él se cometen.

1. Se lee en San Juan "El que odia a su hermano es un homicida". El homicidio es el pecado más grande de los que se cometen contra el prójimo. Luego también el odio.

2. Lo pésimo se opone a lo óptimo. El amor es lo mejor que damos al prójimo, puesto que todo lo demás se endereza al amor. Por tanto, el odio es lo pésimo.

Por otra parte, se llama mal "a lo que daña", según San Agustín. Más se perjudica al prójimo con otros pecados que con el odio, como por el hurto, el homicidio y el adulterio. Luego el odio no es el más grave de los pecados.

3. Y San Crisóstomo, comentando las palabras de San Mateo: "El

quantum ad hoc quod impedimentum praestant nobis accedendi ad perfectionem divinae iustitiae.

Ad secundum dicendum quod Deus in detractoribus odio habet culpam, non naturam. Et sic sine culpa possumus odio detractores habere.

Ad tertium dicendum quod homines secundum bona quae habent a Deo non sunt nobis contrarii: unde quantum ad hoc sunt amandi. Contrariantur autem nobis secundum quod contra nos inimicitias exercent, quod ad eorum culpam pertinet: et quantum ad hoc sunt odii habendi. Hoc enim in eis debemus habere odio, quod nobis sunt inimici.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod odium proximi sit gravissimum peccatum eorum quae in proximo committuntur.

1. Dicitur enim I Io. 3,15: «Omnis qui odit fratrem suum homicida est». Sed homicidium est gravissimum peccatum quae committuntur in proximum. Ergo et odium.

2. Praeterea, «pessimum opponitur optimo». Sed optimum eorum quae proximo exhibemus est amor: omnia enim alia ad dilectionem referuntur. Ergo et pessimum est odium.

Sed contra, malum dicitur «quod nocet»; secundum Augustinum, in «Enchirid.»<sup>9</sup> Sed plus aliquis nocet proximo per alia peccata quam per odium: puta per furtum et homicidium et adulterium. Ergo odium non est gravissimum peccatum.

2. Praeterea, Chrysostomus, exponens illud Mt. 5,19, «Qui sol-

verit unum de mandatis istis minimis», dicit<sup>10</sup>: «Mandata Moysi, Non occides, Non adulterabis, in remuneratione modica sunt, in peccato autem magna: mandata autem Christi, idest Non irascaris, Non concupiscas, in remuneratione magna sunt, in peccato autem minima». Odium autem pertinet ad interiorem motum, sicut et ira et concupiscentia. Ergo odium proximi est minus peccatum quam homicidium.

Respondeo dicendum quod peccatum quod committitur in proximum habet rationem mali ex duobus: uno quidem modo, ex deordinatione eius qui peccat; alio modo, ex nocumento quod inferitur ei contra quem peccatur. Primo ergo modo odium est maius peccatum quam exteriores actus qui sunt in proximo nocumentum: quia scilicet per odium deordinatur voluntas hominis, quae est potissimum in homine, et ex qua est radix peccati. Unde etiam si exteriores actus inordinati essent absque inordinatione voluntatis, non essent peccata: puta cum aliquis ignoranter vel zelo iustitiae hominem occidit. Et si quid culpa est in exterioribus peccatis quae contra proximum committuntur, totum est ex interiori odio.—Sed quantum ad nocumentum quod proximo inferitur peiora sunt exteriora peccata quam interiorius odium.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

que traspasare uno de estos mandamientos mínimos", dice: "Los preceptos de Moisés: No matar, no adulterar, en el premio son pequeños, pero grandes en el pecado. Mas los mandamientos de Cristo: No te aires, no codicies, son grandes en el premio y pequeños en el pecado". El odio, como la ira y la codicia, se cuentan entre los impulsos interiores. Por consiguiente, el odio al prójimo es menor pecado que el homicidio.

**Respuesta.** El pecado que se hace contra el prójimo reviste carácter de mal por dos razones: por el desorden del que peca y por el perjuicio que se infiere a aquel contra quien se peca. Del primer modo, el odio es pecado mayor que las acciones externas hechas en daño del prójimo, porque por él se desordena la voluntad del hombre, que es lo mejor que tiene, de que procede la raíz del pecado. De aquí que aun las acciones exteriores, si se desordenasen sin desorden de la voluntad, no serían pecados, como, por ejemplo, cuando uno, sin darse cuenta o por celo de la justicia, mata a un hombre. Y si alguna culpa hay en los pecados externos que contra el prójimo se cometen, todo proviene del odio interior.—En cuanto al daño, empero, que se inflige al prójimo, son peores los pecados exteriores que el odio interior.

**Soluciones.**—Con esto se da respuesta a las objeciones.

## ARTICULO 5

### *Utrum odium sit vitium capitale*

Si el odio es vicio capital

Ad quintum sic proceditur. Videtur quod odium sit vitium capitale.

1. Odium enim directe opponitur caritati. Sed caritas est prin-

**Dificultades.** Parece que el odio es vicio capital.

1. El odio se opone directamente a la caridad. La caridad es la prin-

<sup>9</sup> Infra q.158 a.4; De malo q.12 a.4

<sup>10</sup> 111. 49,37.

<sup>10</sup> Op. imperf. in Mt. homil.10 super 5,19: MG 56,688.

cipal entre todas las virtudes y su malicia. Luego el odio es máximo vicio capital y principio de todos los otros.

2. Los pecados nacen en nosotros de inclinación de las pasiones, conforme al Apóstol: "Las pasiones de los pecados obraban en nuestros miembros para que fructificasen para la muerte". De entre las pasiones del alma el amor y del odio parece que siguen todas las demás, como de lo dicho se desprende. Por tanto, el odio debe contarse entre los vicios capitales.

3. Vicio es el mal moral. El odio mira preferentemente al mal más que otra pasión. En consecuencia, parece que el odio debe denominarse vicio capital.

Por otra parte, San Gregorio no cuenta el odio entre los siete vicios capitales.

Respuesta. Queda dicho arriba que el vicio capital es aquel del cual con más frecuencia nacen otros vicios. El vicio va contra la naturaleza del hombre, en cuanto animal racional. Por aquellas cosas que se hacen contra la naturaleza, se corrompe poco a poco lo natural; por lo cual se va apartando, en primer lugar, de lo que es menor según la naturaleza y, por último, de lo que es más. Porque lo que va primero a la construcción es lo último en el derribo. Lo primero y más natural al hombre es amar el bien, y sobre todo el divino, y el bien del prójimo. Por donde el odio, que contrae este amor, no es lo primero en la destrucción de la virtud causada por los vicios, sino lo último. Por eso, el odio no es vicio capital.

Soluciones. 1. Se lee en el Filósofo: "La virtud de una cosa consiste en que esté bien dispuesta según

cipalissima virtutum et mater aliarum. Ergo odium est maxime vitium capitale, et principium omnium aliorum.

2. Praeterea, peccata oriuntur in nobis secundum inclinationem passionum: secundum illud ad Rom. 7,5: «Passiones peccatorum operabantur in membris nostris, ut fructificarent mortis». Sed in passionibus animae ex amore et odio videntur omnes aliae sequi, ut ex supradictis patet. Ergo odium debet poni inter vitia capitalia.

3. Praeterea, vitium est malum morale. Sed odium principaliter respicit malum quam alia passio. Ergo videtur quod odium debet poni vitium capitale.

Sed contra est quod Gregorius, XXXI «Moral.»<sup>2</sup>, non enumerat odium inter septem vitia capitalia.

Respondeo dicendum quod, sicut supra dictum est (1-2 q.34 a.3.4), vitium capitale est ex quo ut frequentius alia vitia oriuntur. Vitium autem est contra naturam hominis in quantum est animal rationale. In his autem quae contra naturam fiunt paulatim id quod est naturae corrumpitur. Unde oportet quod primo recedatur ab eo quod est minus secundum naturam, et último ab eo quod est maxime secundum naturam: quia id quod est primum in constructione est ultimum in resolutione. Id autem quod est maxime et primo naturale homini est quod diligat bonum, et praecipue bonum divinum et bonum proximi. Et ideo odium, quod huic dilectioni opponitur, non est primum in deletione virtutis, quae fit per vitia, sed ultimum. Et ideo odium non est vitium capitale.

Ad primum ergo dicendum quod, sicut dicitur in VII «Physic.»<sup>3</sup>, virtus uniuscuiusque rei consistit in hoc quod sit bene disposita se-

cundum suam naturam». Et ideo in virtutibus oportet esse primum et principale quod est primum et principale in ordine naturali. Et propter hoc caritas ponitur principalissima virtutum. Et eadem ratione odium non potest esse primum in vitis, ut dictum est (in c).

Ad secundum dicendum quod odium mali quod contrariatur naturali bono est primum inter pasiones animae, sicut et amor naturalis boni. Sed odium boni contrarium non potest esse primum, sed habet rationem ultimi: quia tale odium attestatur corruptioni naturae iam factae, sicut et amor extranei boni.

Ad tertium dicendum quod duplex est malum. Quoddam verum, quia scilicet repugnat naturali bono: et huius mali odium potest habere rationem prioritatis inter pasiones. Est autem aliud malum non verum, sed apparens: quod scilicet est verum bonum et connaturale, sed aestimatur ut malum propter corruptionem naturae. Et huiusmodi mali odium oportet quod sit in ultimo. Hoc autem odium est vitiosum, non autem primum.

su naturaleza". Por lo cual es menester que lo primero y principal en las virtudes sea lo primero y principal en el orden natural. Por eso la caridad se tiene por la más principal de ellas; y por la misma razón, como está dicho, el odio no puede ser el primero entre los vicios.

2. El odio del mal, que contraría al bien natural, es primero entre las pasiones del alma, como el amor del bien natural. En cambio, el odio del bien connatural no puede ser primero, antes bien tiene formalidad de último, pues ese odio atestigua la corrupción, ya obrada, de la naturaleza, igual que el amor del bien extraño.

3. Doble es el mal. Uno verdadero, que ataca al bien natural. El odio de ese mal puede alcanzar categoría de prioridad entre las pasiones. Hay otro mal no verdadero, sino aparente, esto es: que es verdadero y connatural bien, pero se toma por mal por la corrupción de la naturaleza. El odio de este mal por necesidad es el último y no el primero, puesto que es vicioso.

## ARTICULO 6

### *Utrum odium oriatur ex invidia*<sup>a</sup>

Si el odio se origina de la envidia

Ad sextum sic proceditur. Videtur quod odium non oriatur ex invidia.

1. Invidia enim est tristitia quaedam de alienis bonis. Odium autem non oritur ex tristitia, sed potius e converso: tristamur enim de praesentia malorum quae odimus. Ergo odium non oritur ex invidia.

2. Praeterea, odium dilectioni opponitur. Sed dilectio proximi refertur ad dilectionem Dei, ut supra habitum est (q.25 a.1; q.26 a.2). Ergo et odium proximi refertur ad odium Dei. Sed odium

Dificultades. Parece que el odio no se origina de la envidia.

1. Envidia es tristeza del bien ajeno. El odio no nace de la tristeza; antes al contrario, nos entristecemos por la presencia de los males que odiamos. Luego el odio no se origina de la envidia.

2. El odio se opone al amor. El amor al prójimo responde al amor de Dios, como hemos visto arriba. Así, el odio al prójimo se cuenta en el odio a Dios. Ahora bien: el odio

<sup>a</sup> Infra q.158 a.7 ad 2; De malo q.10 a.3.

<sup>2</sup> q.27 a.1; q.28 a.6 ad 2; q.41 a.2 ad 1.

<sup>3</sup> ML 76,21.

<sup>4</sup> q.14 (BK 2)(13); S.Th., lect.5.

El odio no es causado por la envidia, pues no envidiamos a quienes distan mucho de nosotros, sino a quienes juzgamos cercanos, según el Filósofo. Por tanto, el odio no brota de la envidia.

3. Una es la causa de un efecto. El odio aborta de la ira, pues dice San Agustín en la Regla que "la ira fundamenta en odio". Por consiguiente, no es causado el odio por la envidia.

Por otra parte, dice San Gregorio que el odio procede de la envidia.

Respuesta. Queda dicho arriba que el odio al prójimo es lo último en el proceso del pecado, por oponerse al amor con que naturalmente lo amamos. Sucede que uno se aparta de lo que es natural al intentar rehudir algo que naturalmente hay que evitar. Todo animal, naturalmente, huye la tristeza y apetece el placer, como es de ver en el Filósofo. Por eso, así como el amor es causado del deleite, así el odio tiene su causa en la tristeza. Porque nos movemos a amar lo que deleita tomándolo bajo la razón de bien, y nos incitamos a odiar lo que nos contrasta al considerarlo como un mal. Por lo cual, siendo la envidia tristeza del bien del prójimo, se sigue que el odio se nos haga odioso, y así el odio nace de la envidia.

Soluciones. 1. Tanto la potencia apetitiva como la aprehensiva se proyecta sobre sus actos, deduciéndose que en los impulsos de aquélla hay cierto movimiento circular. Pues, según el primer proceso del impulso apetitivo, el deseo deriva del amor, del que procede el placer al alcan-

Dei non causatur ex invidia: non enim invidemus his qui maxime a nobis distant, sed his qui propinquius videntur, ut patet per Philosophum, in II «Rhet.»<sup>14</sup> Ergo odium non causatur ex invidia.

3. Praeterea, unius effectus una est causa. Sed odium causatur ex ira: dicit enim Augustinus, in «Regula»<sup>15</sup>, quod «ira crescit in odium». Non ergo causatur odium ex invidia.

Sed contra est quod Gregorius dicit, XXXI «Moral.» (l.c. nt.12), quod de invidia oritur odium.

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est (a.5), odium proximi est ultimum in progressu peccati, eo quod opponitur dilectioni qua naturaliter proximus diligitur. Quod autem aliquis recedat ab eo quod est naturale, contingit ex hoc quod intendit vitare aliquid quod est naturaliter fugiendum. Naturaliter autem omne animal fugit tristitiam, sicut et appetit delectationem; sicut patet per Philosophum, in VII<sup>16</sup> et X<sup>17</sup> «Ethic.» Et ideo sicut ex delectatione causatur amor, ita ex tristitia causatur odium: sicut enim movemur ad diligendum ea quae nos delectant, in quantum ex hoc ipso accipiuntur sub ratione boni; ita movemur ad odiendum ea quae nos contrastant, in quantum ex hoc ipso accipiuntur sub ratione mali. Unde cum invidia sit tristitia de bono proximi, sequitur quod bonum proximi reddatur nobis odiosum. Et inde est quod ex invidia oritur odium.

Ad primum, ergo dicendum quod quia vis appetitiva, sicut et aprehensiva, reflectitur super suos actus, sequitur quod in motibus appetitivae virtutis sit quaedam circulatio. Secundum igitur primum processum appetitivi motus, ex amore consequitur deside-

tatio, cum quis consecutus fuerit quod desiderabat. Et quia hoc ipsum quod est delectari in bono amato habet quandam rationem boni, sequitur quod delectatio causet amorem. Et secundum eandem rationem sequitur quod tristitia causet odium.

Ad secundum dicendum quod alia ratio est de dilectione et odio. Nam dilectionis obiectum est bonum, quod a Deo in creaturas derivatur: et ideo dilectio per prius est Dei, et per posterius est proximi. Sed odium est mali, quod non habet locum in ipso Deo, sed in eius effectibus: unde etiam supra (a.1) dictum est quod Deus non habetur odio nisi in quantum apprehenditur secundum suos effectus. Et ideo per prius est odium proximi quam odium Dei. Unde, cum invidia ad proximum sit mater odii quod est ad proximum, fit per consequens causa odii quod est in Deum.

Ad tertium dicendum quod nihil prohibet secundum diversas rationes aliquid oriri ex diversis causis. Et secundum hoc odium potest oriri et ex ira et ex invidia. Directius tamen oritur ex invidia, per quam ipsum bonum proximi redditur contristabile et per consequens odibile. Sed ex ira oritur odium secundum quoddam augmentum. Nam primo per iram appetimus malum proximi secundum quandam mensuram, prout scilicet habet rationem vindictae: postea autem per continuitatem irae pervenitur ad hoc quod homo malum proximi absolute desideret, quod pertinet ad rationem odii. Unde patet quod odium ex invidia causatur formaliter secundum rationem obiecti; ex ira autem dispositive.

zar lo que deseaba. Y porque deleitarse en el bien amado reviste formalidad de bien, se sigue que el deleite cause el amor, y, por idéntica razón, el odio se causa de la tristeza.

2. Diferente es el motivo del amor y el del odio. El objeto del amor es el bien, derivado de Dios a las criaturas; de aquí que el amor principalmente recae sobre Dios y después sobre el prójimo. En cambio, el motivo del odio es el mal, que no cabe en Dios, sino en sus efectos; por eso también se ha dicho arriba que no se tiene odio a Dios sino como aprehendido en sus efectos. Por donde más principalmente el odio se ceba en el prójimo que en Dios. Y, siendo la envidia al prójimo madre de su odio, se hace, consiguientemente, causa del odio a Dios.

3. Nada impide que una cosa pueda originarse de diferentes causas por diversos motivos. Así, el odio puede brotar de la ira y de la envidia. Más derechamente de la envidia, que vuelve entristecedor el bien del prójimo y, por consiguiente, odioso. De la ira nace el odio en su crecimiento; pues, primeramente, por la ira deseamos el mal del prójimo en cierta medida, en cuanto que dice razón de venganza; después se llega a desear en absoluto su mal, esencia del odio. Por donde se ve que formalmente el odio trae su origen de la envidia por razón del objeto, y dispositivamente de la ira.

<sup>14</sup> Fil. 1.5 (BK 1387b32; 1388a5).

<sup>15</sup> Reg. 211: ML 33,664.

<sup>16</sup> Ethic. 1.1 (BK 1153b1): S.Th., lect.13.

<sup>17</sup> Ethic. 1.1 (BK 1173b9): S.Th., lect.2.